

rem. Certe¹⁰ quia de baptizatis apostoli sermo est, nemo dubitet. *Sobrium*¹¹, *prudentem, ornatum, hospitalem, doctorem*, / 103^v / *pudicum* etc. Sacerdotes, qui ministrant in templo Dei, prohibentur vinum et siceram bibere, ne crapula et ebrietate graventur corda eorum et ut sensus^b officium exhibens Deo vigeat semper et tenuis sit. Quod autem infert *prudentem*, excludit eos, qui sub nomine simplicitatis excusant stultitiam sacerdotum. Nisi enim cerebrum sanum fuerit, omnia membra inutilia erunt. *Ornatum*: Qui¹² vitia non habet, irreprehensibilis appellatur. Qui virtutibus pollet, ornatus est. Quod¹³ autem doctrina sacerdotibus expetatur, et veteris precepta sunt legis et ad Titum plenius scribitur. Innocens enim et absque sermone conversatio quantum exemplo prodest, tantum silentio nocet. Nam latratu canum baculoque pastoris luporum rabies deterrenda est. *Non*¹⁴ *vinolentum, non percussorem*: Vinolentia¹⁵ scurronum est et comissatorum^c. Venter, qui maerorestat, cito despumat^d in libidines. In vino luxuria, in luxuria voluptas, in voluptate impudicitia est. Qui luxuriatur, vivens mortuus est; ergo, qui inebriatur, et mortuus et sepultus est. Noe ad unius horę ebrietatem nudat femora sua¹⁶, quę per sexcentos annos sobrietate contexerat; Lot per temulentiam nesciens libidini miscet incestum¹⁷, et, quem Sodoma non vicerat^e, vina vicerunt. *Non*¹⁸ *percussorem*:

b) rectius *Hs.*

c) comestorum *Hs.*

d) dispumat *Hs.*

e) vinceret *Hs.*

10) Certe – dubitet aus Hieronymus, Epistola LXIX c. 3, S. 683, 22–23. – Der Textauszug im gleichen Umfang auch enthalten in c. 11 der Aachener Kanonikerregel von 816 (MGH Conc. 2/1 S. 328, 28–29).

11) Sobrium und prudentem – Z. 7 Ornatum (ohne pudicum etc.) aus Hieronymus, Epistola LXIX c. 8, S. 695, 10–18. Darin zu Beginn 1. Tim. 3, 2. – Der Textauszug im gleichen Umfang auch enthalten in c. 11 der Aachener Kanonikerregel von 816 (MGH Conc. 2/1 S. 328, 29–33); dort wie hier dabei zwischen Z. 1 sobrium und Z. 2 prudentem sechs Wörter des Quellentextes fehlend sowie Z. 2 pudicum etc. ergänzt. – Danach, vor Weiterführung des Zitats mit Qui, wie in der Kanonikerregel acht Wörter des Quellentextes ausgelassen.

12) Qui – Z. 8 ornatus est aus Hieronymus, Epistola LXIX c. 8, S. 695, 19–20. – Der Textauszug im gleichen Umfang auch enthalten in c. 11 der Aachener Kanonikerregel von 816 (MGH Conc. 2/1 S. 328, 33–34).

13) Quod – Z. 12 percussorem aus Hieronymus, Epistola LXIX c. 8, S. 696, 5–10. – Der Textauszug im gleichen Umfang auch enthalten in c. 11 der Aachener Kanonikerregel von 816 (MGH Conc. 2/1 S. 329, 3–6).

14) 1. Tim. 3, 3.

15) Vinolentia – Z. 17 vicerunt aus Hieronymus, Epistola LXIX c. 9, S. 696, 12–19. – Der Textauszug im gleichen Umfang auch enthalten in c. 11 der Aachener Kanonikerregel von 816 (MGH Conc. 2/1 S. 329, 8–12).

16) Vgl. Gen. 9, 21.

17) Vgl. Gen. 19, 31–38.

18) 1. Tim. 3, 3.